



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda S. Coloniensis Ecclesiae. Hoc Est: Liber Pastoralis

Ferdinand <Köln, Erzbischof>

Coloniae Agrippinae, 1614

De festis diebus eorum obersuatione & denunciacione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39761

Formula conc. ordiendi & finiendi. 209

che mit dem offenen Sünder: O Herz Gott biß gnedig mir armen Sünder/Amen.

III. Confessione finita dent generalem absolutionem Latinè vel Germanicè:

Misereatur vestri omnipotens Deus, & dimissis omnibus peccatis vestris, perducatur vos ad vitam æternam. Indulgentiam, absolutionem & remissionem omnium peccatorum vestrorum, tribuat vobis Omnipotens & misericors Dominus. ✠ Amen.

IV. Ad extremū promulgent ieiunia, ac festa in Septimanam sequentem incidentia, & si quæ propterea populo denuncianda sint.

V. Denique Parochi, qui in pagis oppidulisque degunt, & subditos habent rudiores, meminerint operæpretium se facturos, si generalem confessionem recitaturi populum admoneant, vt iisdem verbis se pronunciantem subsequatur, atq; in eadem distinctè, tractim ac integrè Symbolum fidei, & Decalogi præcepta recitent, iuxta decretum Concilij Prouincialis Anno 1536. habiti, parte 6. c. 26. supra expressum. Commodè autem istud præstiterint, si pro eo, quod dicitur: **Ich glaube in Gott den Vatter/in Gott den Sohn/in Gott den heiligen Geist/ totum Symbolum ad modum dictum; & vbi dixerint, wieder die zehen Gebott Gottes/ Decalogum succinctè inseruerint.**

DE DIEBUS FESTIS, EORUMQUE OBSERVATIONE ET cultu instructio.

I. **C**um inter omnia, quæ diuina lege mandata sunt, nihil ferè arctius & seuerius præceptum legamus, quàm vt Sabbatha, hoc est, festos dies sanctificemus. custodiamus, & obseruemus: nihil item damnatum & punitum grauius, quàm Sabbatha polluta ac profanata; Pastores imprimis diligentem dabunt operam, vt dies festi omnes tempestiuè populo pro cõcio-
Stat. in Synod. dioces. Adolph. III. Anno 1550.
ne promulgentur: tum aduigilabunt, ne profanis, illicitisque actionibus,
Hierem. 17. 2. Esdr. 13.
quibus certò iustam Dei in se prouocant iram, violentur: quin potius, vt ad Dei gloriam & honorem reuerenter sanctificentur, atque ad fidei & religionis in debita charitate & gratiarum actione fructum piè traducantur.

Conc. pronia. an. 1536 p. 9. c. 9.
Et Conc. dia- ces. Adolphi 3 an. 1550.
Conc. Agath. c. 47. & 21.
Conc. Pro- uin. An. 1536 p. 9. c. 10.
II. Admoneant itaq; populū fidelem, cur sacræ feriæ sint institutæ, quod que sanctificare Sabbathum non sit aliud, quàm diebus festis ad honorem Dei & Sanctorum institutis, soli Deo vacare, hoc est, in vnum pariter conuenire, prædicationi verbi Dei interesse, ex singulari Ecclesiæ præcepto sacrum Missæ officium reuerenter audire, precibus, diuinis laudibus & gratiarum actionibus incumbere; demum proximo benefacere, & omnibus bonis operibus intentum esse.

Conc. Proui- sub N. Cusa- no art. 8.
Conc. dia- ces. sub Ernesto Anno 1598 tit. 5.
Catechism. Rom. in 3. Dec. præc.
Cum autem liquidò constet sacrum eiusmodi cultum profanis negotijs impediri, doceant suos diebus festis prohibitas esse nundinas, seu mercatus rerum vendibilium, quæ ad vsū quotidiani victus necessariæ non sunt, claudendas etiam cauponas, ac sub concione atq; Missa œnopolia, & cereuisiariorum officinas, demum vitāda omnia seruilis generis opera, quæ cultui diuino impedimento sint. Non quidem ea re, quod natura sua turpia aut mala sint; sed quoniam mentem à diuino cultu, qui præcepti huius finis, abstrahunt.

Catech. R. ibid.
Conc. Prou- uinc. Anno 1536. p. 9. c. 10.
Isai. 1.
Quò magis peccata fidelibus in festis vitanda esse denuncient, quæ non solum animum à rerum diuinarum studio auocant, sed & nos à Dei amore prorsus seiungunt. Huiusmodi autem sunt comessationes, ebrietates, lites, lusus improbi, choreæ, plenæ insanijs, colloquia praua, cantilenæ turpes, breuiter omnis luxus. Ex hisce enim, & quæ hæc ferè sequuntur, periurijs & blasphemijs, nomen Dei blasphematur, & sabbathum, quod nos admonet, vt quiescamus agere peruersè & benefacere discamus, contaminatur.

Catech. Ro.
Matt. 13.
Cap. Licet. De ferijs.
Hoc demum & plebi explicent, quod diebus sacris non vetentur actiones etiam seruiles, quæ ad Dei cultum attinent, teste Domino; neque opera earum rerum lege hac prohibeantur, quarum iactura facienda sit, si die festo prætermittantur, vt ex sacris cōstat Canonibus. Quod si notabili vrgente necessitate seruiles actiones prætermitti sacro die non possint, cognitio eius rei ad Vicarium Episcopi, vel Archipresbyterum seu Decanum, aut, eis non præsentibus, ad Pastorem referenda est.

Qui autem dies festi, præter Dominicis dies ex Apostolica traditione toto orbe sacros & festiuos, in diœcesi Colonienſi sint populo denunciandi, ac solenniter celebrandi, ex nouissimis duorum Archiepiscoporum in Concilijs dicecesanis euulgatis decretis, quæ hîc subiicimus, Pastores cognoscant.

DECRE-

DECRETVM DE FESTORVM

OBSERVATIONE PROMVLGATVM

auctoritate Adolphi III. in Synodo

dioecesana Anno 1549. cele-

brata.



Nhac præfenti Synodo (Reuerendissimus D. Archiepiscopus)^{Stat. fol. 460 & 461}
 prætereundum non putauit, diffinire, quæ festa per totum anni
 circulum singulis quibusque mensibus, tam à clero, quàm à po-
 pulo ad Dei omnipotentis laudem posthac solenniter sint cele-
 branda: vt diuersitas celebrationis, quæ hæctenus in hac inclyta Dioecesi
 multis offendiculo fuit, tollatur.

Igitur vestigijs suorum prædecessorum & præsertim quondam bonæ <sup>In Syn. Dioe-
 ces. An. 1307
 stat. fol. 66.</sup>
 memoriæ Domini Henrici Archiepiscopi Coloniensis inhærendo, habita
 etiam diligenti consideratione, quid super his in generalibus Concilijs &
 iure statutum olim sit, & quid vniuersali ritu in Ecclesia Catholica à pijs o-
 mnibus vbiuis obseruetur, auctoritate Archiepiscopali vult, mandat, & or-
 dinat, vt posthac per ciuitatem & Dioecesim Coloniensem Festa infra me-
 morata solenniter obseruentur & celebrentur.

In mense Januario.

Circumcisionis Domini.

Epiphaniæ.

B. Agnetis Virginis & Martyris.

Conuersionis sancti Pauli.

In Februario.

Festum Purificationis beatæ Mariæ Virginis.

Cathedræ sancti Petri Apostoli.

S. Matthiæ Apostoli.

In Martio.

Annunciationis beatæ Mariæ Virginis.

C c 3

In Aprilis.

De diebus festis.

In Aprili.

S. Georgij Martyris.

*In Maio.*Sanctorum Philippi & Iacobi Apostolorum.
Inuentionis sanctæ Crucis.*In Junio.*Natiuitatis sancti Ioannis Baptistæ.
Sanctorum Petri & Pauli Apostolorum.*In Julio.*Visitationis beatæ Mariæ Virginis.
B. Mariæ Magdalenæ.
Translationis trium Regum in ciuitate Colon. tantum.
Sancti Iacobi Apostoli.
Sancti Pantaleonis in ciuitate Colonienfi.*In Augusto.*Sancti Petri ad Vincula.
Sancti Laurentij Martyris.
Assumptionis beatæ Mariæ Virginis.
Sancti Bartholomæi Apostoli.
Decollationis sancti Ioannis Baptistæ.*In Septembri.*Natiuitatis beatæ Mariæ Virginis.
Exaltationis sanctæ Crucis.
S. Matthæi Apostoli & Euangelistæ.
Dedicationis maioris Ecclesiæ Colonienfis in die san-
ctorum Cosmæ & Damiani in ciuitate Colonienfi
celebrandæ.
Sancti Michaelis Archangeli.*In Octo.*

In Octobri.

Sancti Gereonis.
Sanctorum undecim millium Virginum.
S. Seuerini in ciuitate Colonienfi.
Sanctorum Simonis & Iudæ Apostolorum.

In Nouembri.

Omnium Sanctorum.
Commemorationis Animarum ante meridiem.
S. Martini Episcopi.
S. Cuniberti in ciuitate Colonienfi.
Præsentationis beatæ Mariæ Virginis.
B. Cecilie Virginis in ciuitate Colonienfi.
B. Catharinæ Virginis.
Sancti Andreæ Apostoli.

In Decembri.

S. Nicolai Episcopi.
Conceptionis beatæ Mariæ virginis.
S. Thomæ Apostoli.
Natiuitatis Domini & Saluatoris nostri Iesu Christi.
S. Stephani Protomartyris.
S. Ioannis Apostoli & Euangelistæ.
Sanctorum Innocentum.

Nunc sequuntur Mobilia:

Festum Paschæ cum duobus diebus sequentibus.
Festum Ascensionis Domini.
Festum Pentecostes cum duobus diebus sequentibus.
Festum Corporis Christi.

Festum

Festum Sanctissimæ Trinitatis Dominica post octauas Pentecostes.

Denique vult vt singulis Ecclesijs festum Patroni, vt par est, solenniter celebretur.

*Psal. 45.
Psal. 67.*

Cum autem è suggesto Festa ista populo denunciantur celebranda, simul & hoc addatur, vt populus ad sacram concionem, quæ in eiusmodi Festis haberi debet, conueniat, sacræ Missæ intersit, & totum diem in Dei laudibus expendat: memor illius; Vacate & videte, quoniam ego sum Deus, qui est gloriosus in operibus, & mirabilis in sanctis suis.

DECRETVM ET FESTORVM
QVORVNDAM RELAXATIONE LATVM IN
Synodo Diocesana Anno 1596. habita sub Archie-
piscopo Ernesto fel. rec. prædecessore, nostro
nobis tunc Coadiutore & Administra-
tore præsidentibus.

tit. 5. p. 3.

Quæ sint Festa celebria Ecclesiæ Colonienfis præscriptum ac definitum est in Statutis Diocesanis sub Henrico Anno 1397. & Adolpho III. Archiepiscopis Anno 1549.

Ac tametsi ea omnia vt à Maioribus præscripta sunt, nõ tantum à clero nostro; sed ab omni populo etiam in foro debite obseruari cuperemus: tamen & Festorum huius patriæ mediocrem multitudinem, supra morem aliarum Ecclesiarum excrescentem, & populi in earum obseruantia flaccescentem deuotionem attendentes, peccati periculum ab infra scriptis duximus remouendum, videlicet Agnetis, Cathedræ & Vinculorum Petri, Georgij, Pantaleonis, Exaltationis S. Crucis, Gereonis, Vndecim millium Virginum, Seuerini, Cuniberti, Cecilia & Innocentum.

Itaque propter varias huius vitæ & temporum necessitates, in prædictis Festis obligationem feriandi relaxamus, vt culpa vacent qui iisdem diebus laborauerint; sed maneat tamen earundem in Ecclesijs consueta obseruantia.

Ad excitandum autem fidelium pietatem omnibus, qui sacrificio Missæ ceterisque officijs diuinis prædictis festis interfuerint, suas preces ad Deum cum Ecclesia piè attenteque fundentes quadraginta dies indulgentiarum pro qualibet vice, de omnipotentis Dei misericordia consili, auctoritate nostra Ordinaria clementer concedimus.

DE IE-